



Solūntem situm: quum Plinius disertè *Paropinos* ultra Solūntem referat, à Melitā insulā versus Lipatenseis sive Aeolias insulas progrediundo. Quin tam longè ultra Solūntem positum fuisse ostendit Parōpum, uti Ostoden insulam, lxxv millia à Solūnte distantem, huic objici minus ritè posse putarit. Cæterò apud Ptolemaeum opidum inter Himeræ ostium & Ennam, longè propius tamen hanc, est *Palazzolum*, *Patiōrus*. id ego vocabulum corruptum esse, ut multa alia in eadem hac Siciliā, omnino suspicer ex germano *πάρων*, facili transpositione literaꝝ è secundâ syllabâ in tertiam, & π distracto in π. nam præter literas pingere nihil scivisle posterioris ævi exscriptores librorum, passim ex innumeris veterum autorum manu scriptis exemplaribus patet: ubi una sàpè vox in trebis distracta, atque tres vicissim in unam contracta, & id genus aliæ scripturæ ineptissimæ reperiuntur. Et licet longè interius id opidum in tabulâ Ptolemaei collocatum sit; tamen id satis rectè Parōpo convenit, quod ab dextrâ Himeræ amnis tipâ positum. Are-tius immensum erravit, *Paciorum* Ptolemaei interpretans opidum nunc *Palazzolum*, xxiiii millia à Syracusis distitum.

Porrò ultra Parōpum, circa Alœsum amnum, qui nunc vulgò *Pettinio* dicitur, *Amestratū* opidum est vulgari vocabulo *Mistræta*: de quo ita Fazellus, decad. i lib. x: *Ati. TVS opidum; Mistratum Polybio lib. I est pervertitum opidum, Amestrata Ciceroni & Plinio dictum; quod est Mistratum cuius nomen adhuc adi ibi divæ Catharina retinet: hodie vero Mistræta appellatur. Ve-*
tuisti opidi circa montem plura spectantur monumenta, & arx vetustissima. Antiquum
cius vocabulum est apud Polybium, Diodorum, & Stephani epitomatorem μυ-
νιστραντον ΜΥΤΙΣΤΡΑΤVM, & apud Zonaram μυτιστραντον, ΜΥΤΙΣΤΡΑ-
ΤVM: unde apud Plinium, lib. IIII, cap. VI, opidani sunt in variis exempla-
ribus, ΜΥΤΙΣΤΡΑΤΙΝI, ΜΥΤΙΣΤΡΑΤΙΝI, & ΜΥΤΙΣΤΡΑΤΙΝI. qui
Stephano formati sunt μυτιστραντον, ΜΥΤΙΣΤΡΑΤΙΝI. Philisto vero, antiquissimo rerum auctori, ut qui Dionysii senioris fuit æqualis, ipsa urbs feminino gene-
re dicta fuit μυτιστραντον, ΜΥΤΙΣΤΡΑΤA; & inde opidani μυτιστραντον, ΜΥΤΙ-
ΣΤΡΑΤΙΝI. Ciceroni in Verrinis sunt ΑΜΕΣΤΡΑΤΙΝI; ab opidi vocabulo;
quod Apollodoro apud Stephanum est Α'μιστραντον, ΑΜΕΣΤΡΑΤVS. unde ipsi
etiam dicti Græcæ opidani Α'μιστραντον. Silio poëta metri, credo, causâ opidum
decurtato vocabulo dicitur ΑΜΑΣΤΡΑ, lib. XI, in his verbis:

*Comitata Nemeis**Venit Amastra viris, & parvo nomine Tiss.*

Apud Stephani epitomatorem ita legitur: *Α'μιστραντον, πίλις Σικελίας· Α'πλιστραντον πτέρη Χρονικῶν. τὸ ἔβνικὸν Α'μιστραντον*. Id est: *Amestratus, opidum Siciliæ; auctore Apollodoro, in Chronicorum lib. IIII. Gentilitium inde, Amestratus. Et postea: μυτιστραντον, Φρέρεον Σικελίας· φίλιτον δεῖται. τὸ ἔβνικὸν μυτιστραντον, οὐς αὐτὸς. Hoc est: Mytisera, castellum Siciliæ; auctore Philisto lib. x: Gentilitium Mytisratinus. Scripsisse ipsum Philistum μυτιστραντον, & μυτιστραντον, Mytisratra & Mytisratinus; quæ postmodum impe-40 riti exscriptores corruerunt; minimè ego dubito. Idem Stephani epitomator con-tinuò post: μυτιστραντον, πλάγιον τε τὸ Καρχηδόνα. Πολύθιτον πεώτῳ. τὸ ἔβνικὸν μυτιστραντον. οὐς Στρατόν, η Α'καρνανικὴ πόλις. Hoc est: Mytistratum, opidum circa Carthaginem; ut auctor Polybius lib. I. Gentilitium Mytistratus; ut Stratus Stratus, Acarnania opidum. Sic infrā: Στρατός, πίλις Α'καρνανίας. ὁ πλήνης Στρεψτον. Id est: Stratus, opidum Acarnania. opidanus inde Stratus. Vel ex isto loco satis manifestè adparet, quām im-periti sàpè fuerint posterioris sæculi grammatici. quidpe non modò Polybius, sed & Diodorus, atque Zonaras, disertissimis verbis Siciliæ referunt opidum Mytistratum; quod, à Carthaginensisbus bello Punico primo possessum, Aulus Atilius & C. Sulpicius, Romani duces, ceperunt. Et ne mendum posteriorum exscriptorum esse suspiceris; sic Tuneta, Africæ haud procul Carthagine opidum, Siciliæ adscripsit; sic Bucinnam insulam, Lilybaeo ac Drepanis objectam, Siciliæ fecit opidum. Polybii verba, lib. I hæc sunt: εἶλον δὲ τὸ μυτιστραντον, πλάτες χερύνες τὸ πλιορχίαν, Διῆς τὸ ἐχνόντα τὸ πότερον. Hoc est: Captum & Mytistratum; locus natūra munitus; & qui idē obſidionem diu toleravit. De eādem re ita referunt Legatio-num excerpta ē Diodori lib. XXII: μυτιστραντον δὲ πλιορκήσαντος Ρωμαῖοι, Επιπλάτες μηχανὰς ποιήσαντες, μὲν μητραντον τὸν αὐτοῖς πλιορκήσαντος πλάτες σποζαλόντες. * * *. Τετάντον τὸ πλιορκήσαντος τὸ μυτιστραντον Ρωμαῖοι; εἴλον Επιπλάτες μητραντον σώματα*